LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 38r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Thales ex aqua: utrosq; indit aliquid: sed erauit tamen utrosq: Quod alterutrum si solum fuisset: neq; aqua nasci ex igne potuisset. neq; rursus ignis ex aqua: Sed est verisimile ex utroq; permixto cuncta generari: Ignis quidem permisceri cum aq; non potest: Quia sunt v traq; inimica: Si quoniamus venerint: alterutrum quod superauerit: conficiat alterum: nece est: Sed eorum substantie permisceri possunt: Substantia ignis calor est: Aque humor: Recte igitur Ouidius:

Thales

Ouidius

Quippe ubi temperiem sumpsere humorq; calorq: Concipiunt. & ab his oriuntur cuncta duobus: Cumq; sit ignis aque pugnax: uapor humidus omnis res creat & discors concordia fœtibus apta est: Alterum .h. qi masculinum elementum est: Alterum qi femininum: Alterum actiuum: Alterum patibile: Idcoq; a uetoribus institutum est: ut sacramenta ignis & aque nuptiarum federa sanciantur: Quo fetus animantium calore & humore corporentur atq; aliimentur ad uitam: Cum .h. constet omne animal ex anima & corpore: materia corporis in humore est: anime in calore: quod ex aliis fœtibus datur scire: quod crassi humoris plenos nisi opifex calor fouerit: nec humor potest corporari. nec corpus animari: Exulibus quoq; ignis & aq; interdici solebat: Adhuc .h. uidebatur nephas: quis malos tamen hominis sui supplicio capitis afficere: Interdicto igitur usu earum rerum: quibus uita hominum constat: pinde habebatur: ac si essent: qui eam sinam exceperat: morte mulctatus: Adeo isti duo elementa sunt habita: ut nec ortum hominis nec uitam sine his crediderint posse constare: Horum alterum nobis comune cum ceteris animalibus est: Alterum soli homini datum: Nos .h. quoniam celeste atq; immortale animal sumus: igni utimur: qui nobis in argumentum immortalitatis est datus: qm ignis celo est: cuius natura quia mobilis est. & sursum mitur: Vite continet rationem: Ceteri vero animalia: quoniam tota sunt mortalia: tantumo aqua utuntur: quod est elementum corpulentum atq; terrenum: cuius natura quia mobilis est. ac deorsum uergens figuram mortis oindit: Ideo pecudes neq; in celum suspiciunt: neq; religionem sentiunt: qm ab his ignis usus alienus est: Vnde aut uel quo deus hec duo principalia ignem & aquam uel accenderit uel diquauerit solus scire potest qui fecit:-

Aqua & ignis in nuptijs.

Exules aqua & igne priuantur.

Ordinato igitur mundo animalia varij generis dissimilibus formis & magna & minora uiuere fecerunt: imparia. & facta sunt bina: id est diuisi sexus singula: Ex quorum fœtibus & aer &

.XI.